

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

Caput LV. Quod dominus Jesus Christus asstit deo patri pro peccatoribus.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

## CAPUT LIV.

QUOD DEUS MAXIME DELECTATUR IN CORDE HOMINIS.

**A**LIA quoque vice dixit ad eam Dominus : « Nulla res me delectat, ut cor hominis, quo tamen rarissime utor. Omnibus enim bonis superabundo, excepto hominis corde, quo sæpissime frustror. »

## CAPUT LV.

QUOD DOMINUS JESUS CHRISTUS ASSISTIT DEO PATRI PRO PECCATORIBUS.

**O**RANTE aliquando, vidit Dominum in veste sanguinea sic dicentem : « Sicut humanitas mea, tota cruore perfusa, ineffabili amore se Deo Patri hostiam in ara Crucis obtulit sic adhuc eodem amoris affectu assisto Patri cœlesti pro peccatoribus, omnia genera passionis meæ repræsentans ; et hoc maxime desiderabile mihi est, ut peccator per veram pœnitentiam ad me convertatur, et vivat. »